



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

21. De paruulo, qui Cathecumenus mortuus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

que visibiliter multis apparuit, quod malus & bonus angelus, qui videbatur venabulum in manu ferre, quoties venabulo illo ostium cuiuscunque domus percussisset, tot ea de domo die sequenti homines interirent. Tunc cuidam per reuelationem dictum est, quod pestis ipsa prius non quiesceret, quàm in basilica beati Petri, quæ ad vincula dicitur, sancti Sebastiani martyris altarium poneretur. Factumque est, vt delatis ad urbem Romam beati Sebastiani martyris reliquijs, mox vt in iam dicta Ecclesia altariũ constitutum est, pestis ipsa quieuerit.

De Augustin. lib. 1. Miraculorum B. Stephani, & sermone 96. in tomo nono sermonum, per Ioannem Olimmerium nuper editorum. De paruulo, qui catechumenus mortuus est, & meritis S. Stephani, matri viuus restitutus est.

CAP. XXI.

Cuiusdam mulieris filius paruulus mortuus, catechumenus erat, qui matris portatus manibus cum ingenti eiulatu, & miserabili vociferatione ante ipsam memoriam glorioſi Stephani fuerat proiectus, tradens illi mortuum, vt ab eo reciperet viuum. Cumque ad aures amici Dei pulsaret fide pietatis, percussa duplici luctu orbitatis, quod & in presenti vita filium perdidisset, & in futura, vtpotè sine gratia baptismi saluum habere nõ posset: ecce interdiu lamentantis dolorem

S miseræ

miseræ matris repente paruulo spiritus red-
ditur, vita tribuitur, vox viuenti conceditur.
Continuò presbyter accersitus baptisimū pa-
uulo tradit, sacramenta complentur: atque
peccatorum lethali catena anima liberata, sta-
tim etiam mortalis carnis vinculo exiit.
ad Dei spirituales amplexus summa celeritate
liberata dimittitur. Ita & non modica colla-
tione concessa, gaudere de redemptio-
ne datur, & paruulo salus vera conceditur.
profectò ob hoc ad modicum vitam recep-
tione in æternum moreretur.

*Ex annalibus & antiquitatibus Colonien-
sibus. Quomodo sancti, quorum corpora sacra
in Colonia requiescunt, noctu visi sint circum
mœnia ciuitatis, eamq; contra vim hominum
obfidentium munire ac protegere.*

CAP. XXII.

Temporibus Clementis quarti, circa
annum Domini 1266. vt habent Annales
Colonienfes, cū ciuitas Colonia in
assedione cingeretur, Comes Cliuentis, & Ses-
phanus de Vuylen vno in tentorio noctu
effuscentes, viderunt D. Ursulam radiantem
na præfulgidam, & cereum lucidissimum
nu gestantem lumine suo totius vrbis & con-
tra luminibus æquipollentem, quā sequebantur
vndena virginū millia, Sāctorū quoq; My-
rum ac Thebæorū agmina, vt sculpsit in
nijs Colonien. imagines circa monasteriū
Pātaleonis, & picturæ antiquæ, basilicæ D. Ursule